S. Reverende Dne Abba, cum sciam tuum pro-
missum, cadere in dubium, ideo duxi mei
officij esse, ad te dare has literas, ut fi-
dem obligatam liberem. Mitto itaque ad tuam
reverentiam aliquot conciones, ut negotium
instaurandi disciplinae, et certam formam
celebrandi Synodos, atque sic alio verum
usum visitandi ecclesias, explicantes.
Item, libellum de consensu verae ecclesiae
et S. patrum, in praecipuis sanae
doctrinae articulis. Postea etiam alias
quasdam conciones, ad populum meae
fidei commissum, Lipsiae habitas.
Haec munera etsi [illegible] sint, tamen
spero ista tibi grata fore. Rebus ne-
re in Misniam satis bene nobis obi-
git, quamquam bellici motus nunc red-
dunt tristiorem. Utinam Deus dignetur
iam ortum hoc bellum compescere, et
ecclesiae suae tribuere salutarem pacem.
Editae sunt aliquot paginae de causis
instantis belli, in quibus Galliae rex
cum Electore nostro recenset longum
catalogum iniustarum actionum, ad prae-
sentes motus ciendos. Pro tuis in
me et Gymnasium nostrum beneficijs
rursum ago tibi ingentes gratias
et vicissim offero meae humanitati
operam et diligentiam meam. Vale
vir Reverende, et Dominum Rothin
cum uxore et Magistro Apollo, et
ceteris amicis officiose saluta. Lip-
siae. Anno 1552. Die 29.
Martij.

Erasmus Sarcerius.

C 107 f. 20.1